



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Annuae Litterae Societatis Iesv, Anni M. D. XCVIII. Patribvs, Fratribvsq.  
Societatis Iesv, Bern. De Angelis Secretaribvs, Gratia & pax Christi Domini,  
&c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67277)

ANNUAE  
LITTERAE  
SOCIETATIS  
IESV,

Anni M. D. XCVIII.

PATRIBVS, FRATRIBVSQ.  
SOCIETATIS IESV, BERN.  
DE ANGELIS SECRETARIVS,



Gratia & pax Christi Domini, &c.



OSTRATIVM annalium  
consuetudo ( Patres, Fratres-  
que charissimi) ut à Maiori-  
bus nostris instituta sapienter  
est, atque ad animorum inter  
se coniunctionem hac rerum  
gestarum communionem præclare sancita: sic &

4  
 posteris incitamentum gloria, ad Dei laudem & perillustrem commemorationem nostri nominis, id est, Societatis I E S V, ad hæc usq; tempora hæreditario penè iure seruata, & aucta est pari laude, fructu non dispari. Hinc est, quod ut communi consolationi vberius prospiceretur, prudenti Patrùm nostrorum consilio in quarta generali Congregatione decretum fuit, non abs re Societatis futurum, si per idoneum ad id muneris virum ex Prouincijs, litteris annuis, seu capitibus Romam perlatis, quasi è rudi materia nouum opus expoliretur, & annua Prouinciarum omnium memoria publicis litteris colligata, in Societatis lucem quotannis daretur, ut ipsa sui statum vniuersum sub vno quasi aspectu positum contempleretur, & Deo grates referret: quod ex voto successit multorum serie annorum, licet interrupta illa quidem iustas ob causas, sed tamen postea reuocata. Verùm cum multa secum sæpè ferat longa dies, experientia addocente, quæ minimè anteuerti fas fuit, ac decursu temporis difficultates ipsa rerum se prodant, quæ antea delitescabant, ut sunt rerum omnium initia paululum obscura; alia P. Nostri ex PP. Assistentium consilio, & rogatu Prouinciarum scribendi ratio ineunda visa est, quæ expeditior, & ob id periucunda, quæ compendiosa, ut creditur  
 futu

futura seculi anteacti o<sup>o</sup>tauo & nonagesimo anno  
 perscripta: ea vero fuit ut posteris annis ab eo tēpo-  
 re suos quęq; Prouincia Annales mitteret, ad ex-  
 cusorum formā ita compositos atque perfectos, ut  
 statim ac Romā perlata esset Prouinciales annua,  
 per Patres Assistētes cense, recognitaq; in vnā de-  
 inde omnes generalem colligata, excusaq; ad Pro-  
 uincias remitteretur, idq; experiundi ergo: ut via-  
 rum quasi in binio facto periculo vtra succederet,  
 quāve tandem aggrediendū, ac persistendum esset  
 via, ad extremum sanciretur. En igitur, PP. Fra-  
 trésg; charissimi, vestros annuos fructus, quos  
 IESV duce intulistis, remittimus, reddimus quas  
 dedistis litteras, penē nulla, vel exigua in ijs facta  
 mutatione rerum; ceterum vestris coloribus, ve-  
 stro penicillo depictas, quas hoc vno probatum iri  
 vobis facile confidimus: etsi dictionis apparebit  
 dissimilitudo, sua quemque certē oblectabit varie-  
 tas: tantum ne nullo delectu prodirent, collegimus,  
 & ad vos multas pro vnis simul damus, ne per se  
 sola singula deperirent. Serius id quidem quā  
 volebamus, etsi necessario, ne præter ceteras ratio-  
 nes præposteris semel perturbata annorū serie an-  
 nalibus vteremini, cum priores annua ex veteri  
 forma conscribenda, & ad Prouincias mittenda  
 fuissent his posterioribus. Verū non sine fa-

nore reddentur, quippe quæ binæ, aut etiam ternæ  
 pro vnis annuis, si per Typographum non steterit  
 in singulos annos, auspice Deo, mittentur: quò  
 certè fiet vt morosa illa annalium procrastinatio,  
 eorundem aucto numero compensetur. Quòd su-  
 perest, orandus est Deus, vt ad multiplices va-  
 riosque fructus, quibus aucta Societatis seges  
 quotannis sine cessatione se fundit, multiplicata  
 sui nominis gloria, ad quam nostra omnia diri-  
 guntur, accedat vberior; & labores hos nostros  
 gratiarum quæ ipsi debentur, materiam nouæ vo-  
 bis incitamentam industria, & gloriosam posteris  
 imitationem exempli benignissimè fœcundet,  
 atque vberiores, nitidioresq; reddat annis  
 sequentibus. Romæ ex Professorum

domo, Kalend. Aprilis, anno

à Christo nato,

1607.

PRO-

